Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8337
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

Fulgentius Mitologiarum libro .p. fabula prima
Sola est medicina miseriarum oblivio.
Boetius de consolatione libro primo capitulo .iiij. Hic et meus cumulus malus accidit quod existimabo plurimorum non vera sed fortune spectat eventum. Eaque tum iudicant prosa quod felicitas commendavit quo fit ut existimatio bona fortune diuum deserit infelices. hoc tum dixerim ultima esse fortune adversae sarcina quod dum miseris aliquid crimen affligit ea quae perferunt meruisse videantur.
Cassiodorus epistularum libro .v. epistola .xxxiiij. Nec verum est ut amplius promoveat vorsa quod audita felicitas Idem epistola .xxxvj. Non est ignominie culpa quia exaudit miseranda calamitas.
Idem libro .x. epistola prima. deus consuevit castis asperos et prosperos immittere.
Autor libri qui de pamphilus. capitulo .xiiij.
Patria nocet misis misos mala mitra seruat
Spesque laboresque suos tenuant et dubio.
Gualterius de castellione libro .vj.
Odio miseri gravia est.
Iacobus beneventanus capitulo .lij.
Iudibrium populo fit miser omnis homo
Proverbium metricum.
Solatium est miseris socios habere penatos.
Proverbium vulgare. Ad canem magrem vanno le mosche.

De diuina consolatione miserabilium personarum. capitulo .viiij.

Psalmista psalmo .xix. Paciencia pauperum non peribit in finem. Idem psalmo .xxxvj. Cum caderet iustus non collidetur quia dominus suppoit manum suam. Idem psalmo .C. Faciet miseris et iudicium omnibus iniuria patientibus Idem .C.xlvj. Qui seminant in lacrimis in exultatione metent Idem .C.lx. psalmo Dominus vindicat oppressis et iudicium iniuriam patientibus. dominus solvit compeditos. dominus erigit elisos. dominus custodit advenas. pupillum et viduam suscipiet.
Salomon in proverbiis capitulo .xxij. Noli fraudare egenum in porta quia dominus iudicabit causam eius et confringet eos qui confixerunt animam eius.
Claudius de ponto libro .iij. epistola .vj.
Crede mihi muros celestia numina premunt nec semper lesos et sine fine premunt.

De miserabilibus personis. capitulo .x.

In exodo capitulo .xxij. Adventum hominis contristabis Neque affligis eius viduae et pupillo non nocebis. Si lesieris eos ut clamabit ad me et ego exaudiam clamorem eorum et indignabitur furor meus percutiam vos gladio et erunt uxores vestre viduae et filii vestri pupilli Idem .xxiij. capitulo Pauperis miserebaris in negotio. Non declines in iudicio pauperis. peregrino molestus non eris.
In leuitico capitulo .xix. Non morabitur opus mercenarii tui apud te usque mane. Non maledicis surdo nec coram eo pones offendiculum. Si habitaverit adventa in terra vestra et morabitur inter vos ne exprobetis ei sed sit inter vos quasi indigena Idem .xxiiij. capitulo Equum iudicium sit inter vos sive peregrinus sive civis peccaverit.
Moyses in deuteronomio capitulo .xxvij. Maledictus qui exterminat iudicium in hospite. Maledictus qui prevertit iudicium adventi pupilli et viduae.
Tobias senior capitulo .iiij. Noli adventare filium tuam ab illo pauperi Ita enim fiet ut nec a te adventat filius domini. Ita eis fiet quicumque ubi aliquid operatus fuerit statim ei restitue mercedem suam et merces mercenarii tui apud te omnino non remaneat.
Psalmista capitulo .xl. Beatus qui intendit super egenum et pauperem In die mala liberabit eum dominus Idem psalmo .C.vj. Faciet dominus iudicium oppressis et dabit escam pauperibus.
Salomon in proverbiis capitulo .xiiij. Etiam proximus suus pauperi odio habet. Qui autem miseretur pauperis beatus erit. Idem capitulo .xvij. Qui despicit pauperem exprobat factori eius. et qui in ruina letatur alterius non erit impunitus Idem capitulo .xvij. Cum obsecrationibus loquitur pauper Idem capitulo .xviij. Fratres hominis pauperis oderunt eum. Insuper et amici procul recesserunt ab eo. Foenerat domino qui miseretur pauperis et vicissitudinem suam reddet ei Idem capitulo .xxj. Qui obturat aures suas ad clamorem pauperis et ipse clamabit et non exaudietur Idem capitulo .xxij. Noli fraudare egenum in porta quia dominus iudicabit causam eius.
Ihesus filius Sirach in Ecclesiastico capitulo .iiij. Oculos tuos ne averteris a pauperi. Non exasperes pauperem in opere suo. Cor inopis ne affligas